



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Articvlvs Mortis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

A R S.

NON peccant mortaliter, exercentes artes mechanicas, quarum vius indifferens est, licet plures illis abutantur venialiter: Imo licet mortaliter abutantur. cap. 14. num. 31. lit. K. §. 22. & 23. & in Nouo nu. 43. codem. §.

ARTICVLVS Fidei, vide Fides.

ARTICVLVS MORTIS.

A ARTICVLVS mortis ille est, in quo communiter homines moriuntur: nempe probabile naufragium, prælium imminēs, grauis & acuta febris, tempus pariendi in ea quæ vel numquam peperit, vel experta est partus difficiles. cap. 2. num. 8. & in No. num. 9.

B Non solum dicitur articulus mortis ille, in quo quis moritur, sed etiam, in quo probabiliter timetur mors. cap. 26. n. 31.

Articulus mortis & periculum mortis idē sunt, quoad iura facientia facultatem absoluendi in eis. cap. 27. num. 271. §. 7. & in No. num. 272.

C De casuum reseruatione, circa titulum mortis habentur ex iure hæc sequentia. L. ex c. Si

c. Si quis suadente: In articulo mortis simplex Sacerdos sit quoad hoc velut summus Pontifex. II. Ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 2. In articulo mortis omnis Sacerdos quoilibet pœnitentes à quibuslibet peccatis & censuris absoluere potest. & cap. 7. In Ecclesia Dei custoditum fuit semper, ut nulla sit resseruatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoilibet pœnitentes à quibusvis peccatis & censuris absoluere possunt. cap. 26. num. 26. in Nouo & cap. 27. nu. 91. & num. 271. §. 5. & 6.

Vnde in articulo mortis quilibet Sacerdos Catholicus non praecisus, id est, nō haereticus, nec schismaticus, nec excommunicatus, interdictus, aut suspensus, potest absoluere. cap. 4. num. 1. cap. 26. num. 26. in Antiquo. Sed cap. 27. num. 271. §. 7. corrixit hanc sententiam, & clarius & seriùs in Nouo ca. 26. num. 26. dicens, quod, excepto haeretico, omnis Sacerdos simplex etiam excommunicatus & denunciatus, etiam interdictus, & suspensus notiorius, & schismaticus, qui nō sit haereticus, potest in articulo mortis absoluere ab omni peccato, & censura. cap. 26. num. 26. cap. 27. num. 272. §. 7. Quia huiusmodi Sacerdoti non tollitur quoad tale tempus iurisdictio saltem habitualis, quam habet iure diuino. Sed nullo modo

D 3 potest

56 ASSECVRATIO. ASTVTIA.  
potest in tali articulo absoluere clericus nō  
Sacerdos etiam sacris initiatus, & multò mi-  
nus laicus. c.27.n.271.§.6.&c.7.

Potest tamen Sacerdos etiam Religiosus  
licitè ac validè absque facultate Prælati ab-  
soluere à quibuscumque casibus in mortis  
articulo. cap.4.num.1.

Infirmus, qui in aliqua infirmitate vñus est  
indulgentia bullæ cōcessa pro articulo mor-  
tis, nō potest eadem vti in alia infirmitate;  
nisi id explicit bulla. cap. 26.num.31.

---

### ASSECVRATIO.

**M**VTVANTI pecuniam, ei, qui vult  
Meam traiicere per loca periculosa, &  
verè vult eam asscurare, licitum est eam  
asscurare aliquo iusto pretio. ca.17. n.283.  
lit.A.&c in No. num.284. 285. de quo plura  
vñsa, 3. quo ad mutuum.

A STROLOGIA, vide Supersticio.

---

### ASTVTIA.

**E**ST vitium inclinans ad querenda bona per  
ned: a malu: opponiturque prudentiæ.c.  
23. num. 77. Habetque duos ministros, do-  
lum scilicet, qui est circumuentio mala tam  
verbo